

Joachim Stockmann

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Stockman Med. D.
& Profess. Ad Exequias, Quas ... vir Dn. M. Nicolaus Ridemannus Ecclesiae
Marianae Diaconus fidelissimus Filiolo ... Nicolao paratas cupit; Omnes omnium
ordinum Cives Academiae amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775775576>

Druck Freier  Zugang




Stockman, J.


in

N. Ridemann.

Rostock, 1650.

50





PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOACHIMUS STOCKMAN
Med. D. & Profess.

Ad Exequias,
Quas
Reverendus & Clarissimus vir
DN. M. NICOLAUS RIDEMANNUS,
Ecclesiae Marianae Diaconus fidelissimus
Filiolo suo desideratissimo

NICOLA O

paratas cupitis

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demiae amanter invitat.



••(•)••

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. L.



Erè Seneca: quisquis, ait, ad vitam editur, ad mortem destinatur. Gaudeamus ergò omnes eo quod datur, reddamusque id cum reposcemur, alium alio tempore fata comprehendent, neminem prateribunt. Et profecto si cogitatione ac animo lustremus omnes omnium terrarum provinciarumque angulos: si historiae tam sacrae quam profanae ingrediamur adyta: quid quaeso de hominibus ad extremum dicitur aliud, nisi quod FUERINT. Quod igitur Romanorum olim legatis percontantibus, quo jure Clusium Hetruriae urbem occupasset, Brennus Senonum regulus respondit, naturali: quo impotens potentiori, imbecillis valentiori cedere jubeatur, id non incommodè Mors, si quis roget, cur in omnes sine discrimine

mine & quovis tempore ac loco graf-
setur, de se usurpare possit. Etsi enim
nec à DEO in prima mundi origine
condita est, nec in natura integra ha-
bitura erat locum: post ruinam tamen
illam Protoplastorum usque adeò na-
turæ nostræ se insinuavit & hominem
sibi subjecit, ut à pluribus rebus aliis,
quæ in mortalem cadunt naturam ex-
emti multi sint, ab illius imperio, nemo
In omnes æquè ordines & ætates, in se-
xus & status omnes imperium mors
habet. Declarari hoc prolixior omninò
poterat, nisi omnis nos dies, imò om-
nis pæne hora, quàm nihil simus, doce-
ret, atque aliquo exemplo admoneret
mortalitatis. Non abibimus longius; in
NICOLAUM hunc mentis oculos
defigemus, cui iusta hodie persolven-
da: qui obiit eà ætatulâ, quæ à tumulto
A 2 longius

longius abesse judicabatur: qui, inquam, ut cum
Plauto, linguæ atque elegantix in verbis latinæ
principe loquar:

Quasi solstitialis herba paulis per fuit:

Repente exortus est: repente occidit.

Natus Is anno clo lsc XLIX d. XII Julii circa
horam quintam matutinam. Vitæ auctores se-
cundum DEUM habuit honestissimos: patrem
M. NICOLAUM RIDEMANNUM, Ecclesiæ
Christi ad B. Virginis apud Rostochiensis Dia-
conum venerabilem; matrem BARBARAM
QUISTORPIAM feminam virtutum matrona-
liū claritate spectabilem. Avus ejus paternus fuit
HENRICUS RIDEMANN, civis & negociator
Chiloni in Holsatia quondam primarius: avia
Paterna ANNA Dreyers / quæ adhuc superat &
vitali vescitur aurâ. Avum maternum habuit vi-
rum reverendæ dignationis, excellentissimæque
doctrinæ ac virtutis DN. JOHANNEM QUI-
STORPIUM, SS. Th. D. Facult. Seniorē & Ecele-
siarum Rost. Superattendentem olim atq; Anti-
stitem clarissimum; aviam maternam BARBA-
RAM Domans / filiam STEPHANI DOMAN-
NIJC. & Advocati apud Osnabrugenses quon-
dam celeberrimi: magni illius DOMANNI, ci-
vitarum Anseaticarum Syndici, fratris. Parentes
equidem magnam sibi de hoc filiolo spem fece-
rant:

rant: quæ quia præcipiti ejus hoc occasu jam de-
collat, mirum non est si præ doloris impatientia
exclament:

Spem mentita seges &c.

Quando eundem susceperunt, tanquam ingenti
aliquo bono gavisos esse accepimus: sed volu-
ptatem istam è vestigio vari profligarunt, quibus
NICOLAUS noster ipsis nempe KAL. JAN. cor-
reptus, brevi post oppressus, d. XI. ejusdem men-
sis acerbam mortem oppetiit Quàm longus jam
successit brevi gaudio mæror? quot audiuntur
gemitus & ploratus! Et sane qui dolorem è libe-
rorum acceptum obitu levem esse & concoctu
facile aut tacite cogitat, aut liberè proloquitur,
næ is paterni magnitudinem affectus animo non
comprehendit suo. Scilicet liberi sunt, quibus
nihil humano generi dulcius, nihil carius datum
est: Liberi sunt, quorum spe & societate Romanæ
urbis conditor raptarum Sabinarum animos ita
molliebat: ut quibus fors corpora dedisset, ipsæ
darent animos. Quod Cardiani Thraciæ populi
probè intellexisse mihi videntur, qui crudelius
in Mithocydem transfugam animadversuri,
supplicii que atrocitatem aucturi, filiū primum
Candemum ante oculos patris ab aris violenter
detrahitum, per forum raptatum inhumaniter
lacerarunt: & ad cutem usque admutilatum in

A 3

pelagus

pelagus è nave projecerunt. Liberi præsertim
verò masculi & egregiè cordati, columna sunt
domus, lumen familiæ, amoris conjugalis vincu-
lum; & ut turres urbium, equi camporum, naves
fluminum: ita illi parentum sunt decus ac orna-
mentum. Unde sapientissima illa Lacæna mulie-
ri cuidam ornatum Ionicum magnificè jaçtanti
& ostentanti liberos suos: quippe unicum &
summum ornamentum, vicissim monstrasse di-
citur. Quis igitur tam durus sit, qui liberorum
obitum citra luctum sustineat? quis ita inhumana-
nus, qui partem à suo pectore abscindi sine dolo-
re sentiat? Quotusquisque similis esse aut velit,
aut possit illius Xenophontis, qui, cum corona-
tus in Scialunte rem sacram faceret, & filii sui in
pugna ad Mantineam occasum cognosceret; ti-
bicinem tantùm tacere jussit, & coronam capitù
detraxit: cætera rite perfecit. Age tamen CL.
DN. M. NICOLAE RIDEMANNE, amice di-
lecte, fac quod tuam pietatem, & heroicam decet
animi æquitatem. Sapientia cælestis, cujus Inter-
pres fidelissimus tibi dicit: noli flere acerbius:
noli lugere immoderatus, nec quod divinæ est
voluntatis, mensis hujus adscribe crudelitati.
Philosophi olim temporis longinquitatem cen-
sebant esse remedium, quod minueret atq; mol-
liret omnem dolorem. nos verò à brevitate tem-
poris

poris mollimentum luctus tui petendum existi-
mamus. Exigua enim mora est, quâ mortales in
hac vita ab iis discescimus, quos ad meliorem
præmissimus: & universum hoc tempus quod de-
gimus, ad æternitatem quam speramus, compa-
ratum, instar momenti obrinet. Itaque quâ ani-
mi æquitate absentiam Ejus laturus esses, si inter
nos adhuc moratus, alio in loco, & quidem ex a-
nimi sententia degeret, Eumque propediem re-
conventurum scires: eâdem etiam hæc inprimis
uteris, certissimus quippe, & vivere NICOLA-
UM tuum positum nunc extra omnem fortunæ
aleam, omnibusque cumulatum lætitiis incede-
re, & tempus brevi affore: quod nos nostris, & no-
stros nobis restituet, ubi novos & æternos amo-
res ordiemur, quos neque Diaboli furor, neque
malitia hominum, neque mortis luctuosa neces-
sitas turbare aut finire poterit. Quod si remotâ
doloris nube animi aciem ad veritatis solem su-
stuleris; dubio procul nobiscum fatebere: in-
BEATI Tui obitu singularem propitii Dei cu-
ram & favorem elucere; qui citius Eum evoca-
vit, quàm tetricis vitiorum sordibus animula ejus
inquinaretur; ut non tam dolere mortem illius,
quàm gratulari nos deceat de felicissima migra-
tione, quâ mundanas calamitates eluctatus cum
æterna beatitate illas commutavit, & verè cum
Cæci-


Cæcilia Martyre Romana nunc profari liceat;
Miseriam saltem Ejus, non ipsum mortuum esse.

Non parum quoq; ad confirmandos Paren-
tum mæltissimorum animos vestra, Cives ACA-
DEMICI, faciet in deductione funeris frequens
præsentia, quâ ut vestram simul & de mortuo-
rum quiete ac reditu in vitam spem & sententi-
am, & singularem erga Parentes contestemini
benevolentiam, amanter rogamus & horta-
mur, P. P. sub sigillo Rectoratus d, XIV,

JAN. AN. clō lōc L,


*Convēntus fiet in templo Mariano, ad horam
mediam secundam.*







poris mollimentum luctus tui peter
mamus. Exigua enim mora est, quâ
hac vita ab iis dispeſcimur, quos ad
præmiſimus: & univerſum hoc temp
gimus, ad æternitatem quam ſperan
ratum, inſtar momenti obtinet. Itaq
mi æquitate abſentiam Ejus laturus
nos adhuc moratus, alio in loco, &
nimi ſententia degeret, Eumque pr
conventurum ſcires: eâdem etiam
uteris, certiffimus quippe, & viver
UM tuum poſitum nunc extra om
aleam, omnibusque cumulatum læ
re, & tempus brevi affore: quod nos
ſtros nobis reſtituet, ubi novos & æ
res ordiemur, quos neque Diaboli f
malitia hominum, neque mortis lu
ſitas turbare aut finire poterit. Qu
doloris nube animi aciem ad verit
ſtuleris; dubio procul nobiſcum f
BEATI Tui obitu ſingularem pr
ram & favorem elucere; qui citiu
vit, quàm tetrif vitorum ſordibus
inquinaretur; ut non tam dolere n
quàm gratulari nos deceat de felic
tione, quâ mundanas calamitates e
æterna beatitate illas commutavit,



the scale towards document